

ἀδιαφορία / *indifferentia*

ΕΥΣΤΑΤΗ. in [Hom.] *Il.* XII 208 (III, p. 376. 11 sqq. Valk) ἐν δὲ τῷ
 ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν
 στιχηρόν ἐστι πάθος, ὃ λέγεται καὶ μουρία, διὰ διχρόνου τοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν,
 καὶ μειουρία διὰ τῆς εἰ διφθόγγου, ὡς ἐν τῷ τέλει πυρριχισθέντος τοῦ στίχου
 καὶ συστολῆν παθόντος κατὰ μυδὸς οὐρὰν ἢ κατὰ μείωσιν οὐραίου, ἦτοι τέλους
 ἄκρου. ὥσπερ ἔμπαλιν ἀκέφαλος λέγεται στίχος ὁ περὶ τὴν ἀρχὴν καὶ οἰοῖναι
 κεφαλὴν συσταλείς, ὁποῖον καὶ τὸ

ἐπειδὴ νῆας τε καὶ Ἑλλήσποντον ἴκοντο.

αἴτιον δὲ τοῦ ῥηθέντος μουρισμοῦ ἢ τῆς ἕκτης χώρας ἐν τοῖς ἔπεσιν ἀδιαφορία.

ΑΡΡ. ΔΙΟΝ. 311. 12 sqq. μετρεῖται δὲ ὁ ἴαμβος κατὰ διποδιαν, ὅθεν καὶ τρί-
 μετρος λέγεται. δέχεται δὲ τοὶ πόδας ἐν ταῖς περιτταῖς χώραις, ἦγουν πρώτη
 καὶ τρίτη καὶ πέμπτη, δέχεται δὲ πάντας ἀδιαφόρως χωρὶς τοῦ πυρριχίου· ἐν δὲ
 ταῖς ἀρτίαις, ἦγουν δευτέρα καὶ τετάρτη, τοὺς ἀπὸ βραχείας ἀρχομένους καὶ
 μόνον, χωρὶς τοῦ πυρριχίου· ἐν δὲ τῇ ἕκτηι χώρᾳ δέχεται πυρρίχιον ἢ ἴαμβον διὰ
 τὴν ἀδιαφορίαν.

SCHOL. A in Hephæst. 164. 22 sqq. τὸ δέ· (Corinn. 22 [PMG 675] c Page)
 πόλιν δ' ἐπράθομεν

ἀντίσπαστος καθαρὸς καὶ ἴαμβος, διὰ τὴν ἀδιαφορίαν.

ΑΡΤΗΝ. GL VI 36. 20 sqq. igitur prima species (*scil.* *communium syllaba-*
rum) erit quae dactyli pedis tertiam brevem seu producta vocali seu duarum
 coniunctione, id est diphthongo, longam efficiens contra legem hexametri
 heroī amphimacrum inducit, qui pro dactylo lege communium syllabarum ac-
 cipietur, ita tamen ut sequens a vocali pes inchoet. cuius exemplum apud Ho-
 merum: ([Hom.] *Od.* I 1)

ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα,

apud nostrum: (Verg. *Aen.* III 211)

insulae Ionio in magno.

nam sub illa coniunctione longae quae sunt huius modi, utriusque vocalis no-
 men incurrunt, et in collisione spatium temporis ipsa pronuntiandi celeritate
 consumitur: quamquam non nulli quasi finalem syllabam propter indifferen-
 tiam, quae in metris omnibus competit, tradant, super quo plerique ambigunt
 in isto dumtaxat syllabarum communium privilegio.

ΑΡΤΗΝ. GL VI 80. 13 sqq. lego praeterea in fine versus dumtaxat catalec-
 tici tetrametri (*scil.* *iambici*) bacchium a brevi incipientem vel amphibrachyn
 propter novissimae syllabae indifferentiam admisisse quosdam.

ΑΡΤΗΝ. GL VI 84. 11 sqq. admittit (*scil.* *trochaicum metrum*) et ampli-
 macrum in catalectico versu ultimum et <dactylum> [maxime in comicis]
 propter novissimae syllabae indifferentiam.

ΑΡΤΗΝ. GL VI 97. 19 sqq. erit dimetrum paeonicum catalecticum huius
 modi:

nunc agite caelites;



trimetrum autem:

nunc agite nunc tripudiis mihi,

quod phrynichion vocatur; tetrametrum:

nunc agite tota veniat manus ad hoc sacrum;

pentametrum vero:

tolle, refer aeolica musigena canticula Tityro.

haec, si novissimos creticos vel dactylos subtrahas (nam et dactylo propter novissimae indifferentiam metrum clauditur), acatalecta erunt et secundum appellationem suam syzygiarum numero concludentur.

AVG. *de mus.* IV 1. 1 M. redeamus ergo ad metri considerationem, propter cuius progressum ac longitudinem de versu tecum aliquid agere coactus sum, cuius tractandi postea nobis est constitutus locus. sed primo illud quaero, utrum non repudies, quod ultimam syllabam, quae metrum terminat, seu longa seu brevis sit, poetae atque horum iudices grammatici nihil ad rem pertinere arbitrati sunt. D. omnino repudio: non enim mihi videtur esse rationis. M. dic mihi, obsecro, quod metrum sit in pyrrichio minimum. D. tres breves. M. quantum ergo silendum est, dum repetitur? D. unum tempus, quod est unius brevis syllabae spatium. M. age, iam percute hoc metrum, non voce, sed plausu. D. feci. M. percute etiam hoc modo anapaestum. D. et hoc feci. M. quid tibi visum est interesse? D. prorsus nihil. M. quid? causam, cur ita sit, potesne dicere? D. videtur mihi satis apparere: nam quod in illo ad silentium, hoc in isto ad productionem ultimae syllabae refertur; nam eodem modo ibi brevis ultima, ut hic longa, percutitur; et post tantumdem intervallum reditur ad caput. sed ibi quiescitur donec spatium pyrrichii pedis, hic donec longae syllabae impleatur. ita in utroque par mora est, qua interposita remeamus. M. non igitur absurde illi ultimam syllabam metri; seu longa seu brevis sit, nihil ad rem pertinere voluerunt: ubi enim finis est, silentium sequitur, quantum ad ipsum metrum attingit quod finitur. an eos in hac causa repetitionem ullam vel reditum ad caput considerare debuisse existimas, ac non tantummodo quia finitur, quasi deinceps nihil dicendum sit? D. iam assentior, ultimam syllabam indifferenter esse accipiendam. M. recte. sed si hoc propter silentium fit, quoniam ita consideratus est finis, quasi deinceps nihil soniturus sit qui finierit, et ob hoc spatium temporis in ipsa quiete largissimum nihil distat quae ibi syllaba locetur; nonne illud est consequens, ut ipsa ultimae syllabae indifferentia, quae propter largum spatium conceditur, ad id proficiat, ut sive ibi brevis syllaba sive longa sit, eam sibi aures pro longa vindicent? D. video plane esse consequens.

AVG. *de mus.* IV 2. 3 M. vide et ista: 'si aliquid es', 'age bene', 'male qui agit', 'nihil agit', 'et ideo', 'miser erit'. D. suaviter etiam ista se insinuant, nisi uno loco, ubi finis tertii cum initio quarti copulatur. M. id ipsum omnino est, quod a tuis auribus desideravi. non enim frustra sensus offenditur, cum omnium syllabarum nullo interposito silentio tempora singula exspectat: quam exspectationem profecto fraudat concursus duarum consonantium, 't' et 'n', quae praecedentem vocalem longam esse cogunt, et in duo tempora extendunt; quod



genus grammatici positione longam syllabam vocant. sed propter illam ultimae syllabae indifferentiam, nemo criminatur hoc metrum, cum id sinceræ atque severæ aures etiam sine accusatore condemnent. nam vide, quaeso, quantum interest, si pro eo quod est: ‘male qui agit, nihil agit’: dicatur: ‘male qui agit, homo perit’. D. hoc sane liquidum atque integrum est.

AVG. *de mus.* IV 8. 9 M. constituto ergo trochaeo post dactylum, licebitne etiam unum tempus silere? D. ita cogor fateri. M. quis te tandem cogeret, si meminisses superiorum? hoc enim tibi accidit, quod de indifferentia ultimae syllabae, et quomodo sibi ultimam longam vindicent aures, ubi restat spatium quo porrigatur, etiamsi brevis sit, quid demonstratum fuerit oblitus es.

AVG. *de mus.* V 4. 5 considera ergo, utrum recte insignem finem versus heroici spondeum pedem quidam esse voluerint. nam in quinque aliis locis vel hunc vel dactylum licet ponere; in fine autem non nisi spondeum; nam quod trochaicum putant, propter indifferentiam fit ultimae syllabae, de qua in metris satis locuti sumus.

ANON. GL VI 305. 1 sqq. (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon duodecasyllabon, cuius divisio varia. quidam sic: ‘Maece’ spondeus, ‘nas atavis’ choriambus, ‘edite re’ idem, ‘gibus’ pyrrichius vel iambus propter indifferentiam syllabae.

ANON. GL VI 305. 16 sqq. (Hor. *carm.* I 2. 1)

iam satis terris nivis atque dirae.

sapphicon hendecasyllabon, quod est trimetron choriambicon catalecticon, cuius syllabam tertiam produxit (*scil.* Horatius) in prima dipodia, quam corripere debuit. oportuit enim ita esse, ‘iam satis est’, posuit autem ‘iam satis ter’, pro choriambo epitritum secundum, id est ex longa et brevi et duobus longis. secunda dipodia choriambica est, ‘ris nivis at’. tertio, ‘que dirae’, positus pes pro dipodia bacchius, aut propter indifferentiam syllabae hoc metrum clauditur amphibracho, id est ex brevi et longa et brevi.

ANON. GL VI 306. 3 sqq. (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

glyconion octosyllabon et genere asclepiadeon est. huic enim si addideris dipodian choriambicam, facies asclepiadeon sic:

sic te diva potens <diva potens> Cypri.

dividitur autem spondeo, choriambo, pyrrichio vel iambo propter syllabae indifferentiam:

sic te diva potens Cypri.

ANON. GL VI 306. 15 sqq. (Hor. *carm.* I 9. 1)

vides ut alta stet nive candidum.

alcaicon hendecasyllabon, cuius divisio ita est: ‘vides ut alta’, ex duobus iambis et syllaba et sequentibus duobus dactylis vel propter indifferentiam syllabae dactylo et amphimacro, ‘stet nive candidum’. [M.E.]